



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Richardi Arsdekin Soc. Iesu S. Theol. Professoris  
Theologia Tripartita Sive Resolutiones Polemicæ,  
Speculativæ, Practicæ, Controversiarum, & Quæstionum,  
etiam recentissimarum, quæ in Schola, & ...**

Missionarijs, & alijs animarum Curatoribus, & Theol. studiosis solerter  
accommodatæ ...

De Controversijs Polemicis, & Scholasticis, etiam modernis

**Archdekin, Richard**

**Antverpiæ, 1682**

Annotatio particularis ad sectam Anglicanam, aliasque modernas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40853**

Independentes, qui maximè Cromuellii tempore emerserunt, in hoc Puritanis ac Protestantibus adversantur, Quod neque Reges, neque Episcopos, neque Seniores ad Ecclesiæ Regimen admittant. Sed velint quemlibet sibi Ministrum esse: ac quemvis sine ulla personæ ac sexus distinctione esse legitimum verbi Dei præconem, idque quovis loco, ac tempore, dum sentit se à Spiritu Sancto ad prædicandum Dei verbum impelli. Ac proinde templa, altaria, pulpita, rem frustarancam, & è medio tollendam existimant. Pro suæ verò Sectæ defensione contra reliquos Sectarios hoc argumentum validè intorquent: Vobis omnibus licuit Ecclesiæ Romanae antiquos ritus ac Cæremonias omnes revertere ac reformare, quibus centenis annis ante vos usâ fuerat. Ergo nobis multò magis libabit vestros ritus, Ecclesiæ, ac Cæremonias abollere, quæ tantum de novo emerserunt, neque parem cum Ecclesia Romana autoritatem, aut antiquitatem obtinuerunt. Videant quæso Protestantes, & Puritani, nisi à suo errore recedant, quo pacto ab hoc Independentium argumento sese expediant.

*Annotatio particularis ad sectam Anglicanam,  
aliasque modernas.*

Vox una & doctrina communis Sectariorum hujus temporis hæc est: Ecclesiam Romanam à vera fide defecisse, & in gravissimos errores prolapsam per mille ducentos annos. Ethanc esse causam cur clerus & populus Anglie, Hollandie, & Germanie ex parte non modica, Ecclesiam Romanam deseruerit, & oppugnare caperit. Atqui non hanc, sed longè aliam

N 4

ab

296 Tract. 3. Art. 5. Sectaram Singularum  
ab ea deficiendi causam fuisse; ipsa defectionis  
primordia luce meridianâ clarius demonstrant.

Primò, in Clero & populo Angliae, integris  
illis mille & ducentis annis viguit, floruit, tri-  
umphavit Religio Romana, cum summa Cleri,  
populi, Principum veneratione. Nullus horum  
cam incusavit, nullus redarguit, nullus totis vi-  
ribus non defendit. Invadit subito Henricum  
octavum Angliae Regem libido iniqua repudi-  
andi conjugem legitimam, & ducendi Bole-  
nam pellicem. Obstat vehementer Pontifex  
Romanus Regiae libidini, & anathematis pœnas  
intentat. Has ut Rex fugiat, & Bolenam reti-  
neat, Pontificis jugum excutit, Ecclesiæ Roma-  
næ hostes advocat, opima illius spolia suis asse-  
clicis in prædam exponit. Res mira! per tot sa-  
cula toto regno Fides Romana ut Sancta & sa-  
lutifera, sine macula, sine ruga colitur, & de-  
fenditur; nullus eam tot Prælatorum erroris in  
fide accusavit, nullus lapsam & prostratam ad-  
vertit. Et ecce subito, ut primùm, ob Bolenam,  
Rom. Ecclesiæ Rex adversatur, & ejus prædia  
in præmium proponit, mox toto regno procla-  
matur illa à fide prideam devia, erroribus defor-  
mata, vitiis prostrata, nova Babylon: hæc sci-  
licet omnia tot sacerulis Clerum populumque u-  
niversum latuerunt, donec Regis offensi exem-  
plum, gratia, ac præmia, populo universo ad de-  
regendos Ecclesiæ errores subito oculos aperue-  
runt. Ex quibus cuilibet evidentissimum est, non  
Ecclesiæ Romanæ errores, sed Regis libidinem  
defectionis causam Angliae præbuisse.

2. Ad Belgium si pergamus, simili prorsus  
modo, & causâ hæresis Batavica exordium sump-  
sit, nisi quod in Anglia, Regis in Pontificem, in  
Belgio, Principis in Hispanos offensio, defectio-

nis

nis & hæresis causam ministravit. Notior hæc res est in recenti hominum memoria, & historiis, quam ut hic exponi debeat.

3. In Germania, primam hæresis Lutheranæ causam & originem fuisse gravem Lutheri iram & offenditionem in Pontificem Romanum, quod in prædicatione solenni Indulgentiarum Apostolicarum, æmulis assumptis, ipse neglectus & exclusus fuerit Placuerunt ipsi Indulgentiæ, quas prædicare ambiebat, placuit fides Ecclesiæ Romanæ, quam semper hactenus tenuit, & publicè prædicavit: displicuit suæ Personæ contemptus, qui illum in furias egit. Illum ut vindicaret, tum demum omnia in Pontificem & Ecclesiam probra excogitanda, & evomenda fuerunt.

Hæc quisquis singula mature expenderit, priorum defectionum modernus Sectator, fieri non potest quin evidenter perspiciat, causam suæ separationis ab Ecclesia Romana, non esse hujus errores, sed priorum, quos ostendi, Libidinem, iram, aut ambitionem.

Hæc, moderne Sectator, sunt quæ te cum illis ab Ecclesia separarunt, hæc sunt propter quæ illi errores tot sæculis ignoros pro separationis suæ larva, Ecclesiæ affinxerunt. Hujus evidentiæ seria consideratio plures salutis suæ studiofios adegit, ut ad Ecclesiæ desertæ gremium mature redirent, quod & tu, nisi perire malis, facias necesse est.

*Secta nova, Tremblantium dicta.*

**N**on ita pridem anno Christi 1655. originem sumpsit in Anglia, nova Secta, Tremblantes dicti, qui cæperunt Londini, quasi æstro-

N. 5

quædam: